

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Ioannis Azorii Lorcitani, Societatis Iesv Presbyteri  
Theologi, Jnstitvtiones Morales**

In Qvibvs Vnivers[a]e Qvaestiones ad Conscientiam recte aut prauè  
factorum pertinentes, breuiter tractantur

**Azor, Juan**

**Coloniae Agrippinae, 1602**

55. De tempore quo templum Salomonis extructum est ac perstitit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14077**

David aream, & boues argenti scilicet quinquaginta: in secundo vero loco: Dedit ergo David Ornam pro loco scilicet anni iustissimi ponderis sexagesim: qui duo loci miltorum ingenia non mediocriter torserunt. Quidam Hebrorum sic conciliat: vna quæque tribus obtulit Davidi ad agri illius emptionem 50. scilicet, & hoc est, quod dicitur in priore loco: ac proinde omnes duodecim tribus soluerunt 600. scilicet, vt in posteriore dicitur loco. sed non est verisimile, Davidem emissi agrum illum non sua, sed aliena pecunia. Abulens conciliat in hunc modum. In libro Regum: non exprimi quanti emerit aream David, sed quanti emerit boues; videlicet 50. scilicet, & proinde esse legendum: Emit ergo David aream, ibi distinctio ponenda: & boues, argenti scilicet in lib. vero Paral. expressum fuisse pretium datum pro area, quod liber Regum suppresserat, quod pretium fuit sexcentorum scilicorum.

Mihi tamen probabilius videretur aliorum respondum, in utroque loco idem pretium contineri, quod datum fuit pro agro, & bobus. Hoc ut declarem, animaduertendum, existimo; scilicet apud Hebreos fuisse auri, & argenti: item, fuisse tum pondus, tum nummus, scilicet qui erat pondus, pendebat semiunciam, sive auri, sive argenti: quatenus vero nummus erat, scilicet argenti, valebat quartuor drachmas Atticas, hoc est, quartuor Iulios Italicos, vel quartuor Hispanicos nummos argenteos, regales vulgo dictos. Et quia et quale auri pondus continet duodecuplam proportionem argenti, hinc est, ut scilicet, qui sive auri, sive argenti penderat semiunciam, si erat auri, estimaretur 48. drachmis atticis: nam scilicet erat ponderis semiuncia, si vero argenti, valeret quartuor drachmas atticas, quia semiuncia auri, quod pertinet ad estimationem, superat semiunciam argenti duodecupla proportione; ac proinde semiuncia auri estimatur 48. drachmis atticis, sive Iulii Italicos, & semiuncia argenti, quartuor. Ergo, David dedit pro bobus scilicet 50. videlicet auri, qui scilicet estimabantur, sexcentis scilicet argenti, videlicet auro argenteum superante duodecupla proportione. Id igitur pretium lib. Paralip. exprelit, quod erat positum in lib. Regu, perinde ac si diceret. Debet David sexcentos scilicet argenti, quos valebant 50. scilicet aurei, quos lib. Reg. exprelit. Ex quo perspicitur pretij quantitas quam dedit David, si iliam ad vulgarem monetam Italicam sive Hispanicam redigamus, scilicet argenteus valet quartuor drachmas atticas: drachma Attica estimatur uno Iulio Italicu, sive Hispanico nummo argenteo regali, ergo sexcenti scilicet argentei valente bis milie, & quadringentas drachmas Atticas, hoc est, bis mille, & quadringentos Iulios Italicos, sive Hispanicos regales nummos argenteos.

Quinto queritur, intra quot annos tota Templi aedificatio fuerit absoluta? 3. Reg. 6. ad finem legitur sic: Anno quarto fundata est Domus Domini in mense Zio, & in anno undevictmo, mense Bul, ipse est mensis octauus, perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersitis vniuersibus suis; & edificata eam annis septem. Hac ibi. Quartu igitur anno regni Salomonis iacta sunt fundamenta Templi, & anno ii. eiusdem regni perfecta sunt omnia, videlicet ipsum adiunctum Templi, vasa omnia, & suppellex vniuersa.

Videtur perfectum esse Templum septem annis, & dimidio, quia à mense Zio, qui est secundus, usque ad Bul, qui est octauus, sunt septem menses; at Scriptura more, annus inchoatus omittitur, non supputatur. Sed quomodo dices, Templum perfectum est mense octauo cum omnibus vniuersibus suis, cum tamen eodem lib. 3. Regum, c. 8. legamus, dedicatum fuisse Templum mensi septimo, vniuerso Israele convocato: Conuenit que ad regem Salomonem vniuersus Israël in mense Etbanum, in solenni die, est mensis septimus. Respondeo Templum dedicatum fuisse, cum iam esset perfectum, nondum omnibus vniuersibus omni ex parte absolutum: quia tandem octauo mense perfecta fuit: ac propterea Scriptura dixit, perfectam fuisse domum Domini in omni opere suo, & vniuersis vniuersibus suis. Noluit autem Salomon Dedicationem differre in mensem octauum, quo sunt omnia perfecta, quoniam mensis septimus erat maximè solennis tribus celebritatibus, videlicet, Tubarum, expiacionis, & Tabernaculorum, de quibus Leuit. 23. ac propterea eo mente Israëliticus populus in Dominum Dominum, conuenire debebat Exod. 23. & 24. ne igitur iterum mense octauo conuenire populus cogeretur, Templum mensi septimo dedicavit.

#### Caput LV.

*De Tempore, quo Templum Salomonis extructum est, ac persistit.*

In his, qua sequuntur, qua potero brevitate complectar annorum summam, qui ab orbe condito præterierunt usque ad aedificationem Templi, quique fluxerunt ab eius aedificatione usque ad Christi Domini adventum. Et secundum est, chronologos, hoc est, Temporum scriptores Sex Mundi etates constitutere confueuisse ante diuinum verbi incarnationem. Prima etas numeratur ab initio mundi conditi usque ad generali inundationem aquarum, quæ tempore Noe fuit. Secunda ab ea inundatione usque ad ortum Abramini: Tertia, ab eiusdem ortu usque ad exitum Hebrorum ex Aegypto sub Mose: Quarta ab hoc egressu usque ad Templum à Salomonem inchoatum. Quinta à Templo usque ad excidium eius. Sexta, ab eius excidio usque ad Christi Domini adventum.

Primo queritur, Quanto tempore Templum Salomonis permanerit? Respondeo, quintam etatem ab eius aedificatione usque ad euidentem Templi euerisonem, fuisse annorum secundum aliquos, 440. secundum alios, 430. qui quidem anni exscriptis literis hunc in modum colliguntur: Salomon post Templum inchoatum.

Anno	36	3. Reg. 6.
Roboam	17	3. Reg. 14.
Abias	3	3. Reg. 15.
Afa	41	3. Reg. 15.
Iosaphat	25	3. Reg. 21.
Ioram	8	4. Reg. 8.
Ochozias	1	4. Reg. 8.
Athalia regina	7	4. Reg. 10.
Iosas	40	4. Reg. 11.
Amasias	29	4. Reg. 14.

Otias

Ozias qui & Azarias	52	4.Reg.15.
Ioachan	16	4.Reg.15.
Achaz	16	4.Reg.16.
Ezechias	29	4.Reg.18.
Menasses	55	4.Reg.21.
Amon	2	4.Reg.21.
Iosias	31	4.Reg.22.
Ioachaz mensibus	3	4.Reg.23.
Ioachim qui & Eliachim mensibus	11	4.Reg.23.
Ioachin qui & Iechonias mensibus	3	4.Reg.24.
Sedechias annis	11	4.Reg.24.
Omnium annorum subducta summa est 430, & mensum 6.		

Secundo queritur, An huius quintæ etatis anni certò ex sacris literis sciri queant. Sentiunt quidam, eos sciri certò non posse, alij vero opinantur, eos ex sacris literis certò colligi, quia in libris Regum, & Paralipomenon aperte legimus quot annos quisque Regum, quos iam percensimus, regnauerit, & quae ad undecimum Sedechias regis annum, quo anno Templum dirutum à Chaldeis est. Sed Chronologi anni varie supplicant. Eusebius in chronico numerat 443. Iosephus 470. Hebrei 483. Ioannes Annus, Lucidus, Naucerus, Driedonius, & alii iuniores 440.

Tertio queritur de annis, quibus regnasse dicuntur Ahasuennam 3.Reg.15. fertur regnasse annis 41, & cap.16. dicitur: anno 26. regni eius Baasha rex Israeli moritur, & succedit ei filius Ela: cum tamen 2. Paral. 16. legamus anno regni eius trigesimosexto Baasha coepisse edificare Rama. Lucidus Annium secutus cù suo Philone, & Caietanus, & Canus aiunt, numerum annorum in 2. Paral. 16. esse corruptum vicio scriptorum, & pro anno 36. legendum esse, anno 26. quoniam Baasha coepit regnare anno Ahas regis iuda tertio, regnauitque anno 24. vt aperte habetur 3. Reg. 15. ergo non attigit nisi ad annum vigesimum sexum regis Ahas. Sed quia omnes codices hebraici, chaldaici, græci, & latini, ad vnu consentiunt, & habent 2. Paral. 16. anno 36. regni eius ascendi Baasha in Iudam, &c. verisimile non est omnes codices esse vitiosos. Genebrardus alios fecutus censet, numerum annorum, qui referuntur 2. Paral. 16. esse intelligendum sic: Anno trigesimosexto regni Ahas, id est, regni bellorum tumultibus recommoti, quia vt legimus 2. Paral. 14. decem annis pacatam rem publicam tenuit, & statim regnum eius bellis agitari coepit, primum contra Aethiopes, mox contra Baasha regem Israelis: qui quidem decem anni non computantur in libris Regum, & quia omisi fuerant, exprefsite eos liber Paralip. secundus cap. 6. Et propterea semper in libris Regum addendi, vel intelligendi sunt, nimilcum cum legimus Baasha coepit regnare anno tertio regni Ahas, debet intelligi anno decimotertio regni Ahas: sed tertio ex quo coepit bellis vexari. Et cum legimus anno Ahas vigesimosexto, coepit regnare Ela; debet intelligi, anno 36. regni Ahas; sed vigesimosexto, ex quo coepit bellis tumultibus perturbari. Verum contra hanc sententiam facit, quia 3. Reg. 16. legimus, anno trigesimo et uno regni Ahas regnauit Achab, ergo debebet intelligi, anno 48. regni Ahas, & 38. ex quo coepit regnum commoueri bellis: sed Ahas regna-

uit solum annis uno, & quadraginta, ut habetur 3. Reg. 15. Quod si dicas, esse etiam intelligendos alios decem annos, qui semper prætereuntur in libris Regum, & numerantur solum anni perturbati regnigratis sanè id dici affirmabo. Alij intelligent sic: anno 38. regni Ahas, regnauit Achab; hoc est, Anno quadragesimo octavo regni Ahas iam mortui, ut sensus sit: Quando regnauit Achab, erat annus quadragesimus octavus, ex quo coepit regnum eius concitari bellis: quod tamen regnum eius tunc temporis obtinebat. Simplicior, & planior mihi quidem viderur eorum opinio, qui dicunt in libris Regum decem annos regni Ahas, non fuisse præteritos, sed numerum, qui ponitur 2. Paral. 16. sic intelligi: Anno trigesimosexto regni Ahas, oempe ex quo diuisum fuerat regnum Salomonis, qui annus erat decimus septimus regni Ahas, & trigesimus sextus scissi diuisique regni. Nam cum celebris fuisse illa regni diuisio, coeperunt anni regum Inda ab ea diuisione suppaturi: & ita verissimum dicitur, anno trigesimosexto regni Ahas, hoc est, regni Salomonis diuisi, quod ad Ahas iure hereditario peruerenerat.

Quarto queritur, De annis Ioram, & Ochozie regum Iuda, quo modo fint compurandi. Ratio huius questionis est, quoniam 4. Reg. 8. dicitur, Io regna trigesimaduorum annorum fuisse, cum regnare coepit, & octo annis regnauit, ergo mortuus est, cum esset annorum quadraginta. Et idem legitur 2. Paral. 21. Sed de filio eius Ochozia dicitur 2. Paralip. 22. fuisse annorum quadraginta duorum, cum regnare coepit, & quod regnauit anno uno: ex quo fit, ut filius fuerit suo patre natu maior duobus annis. Item. 4. Reg. 8. legimus; Ochozia erat annorum viginti duorum, cum regnare coepit, quomodo igitur 2. Paralip. 22. dicitur fuisse quadraginta duorum annorum? Hæc quæstio visa est Hieronymi inexplicabilis. Quidam affirmant, vitiis librariorum esse corruptum textum 2. Paralip. 22. & legendum esse: regnandum annorum erat Ochozia, cum regnare coepisset, ut legitur 4. Reg. 8. & non, quadraginta duorum annorum, ut haberet 2. Paralipomenon 22. quia Ioram pater Ochozia dicitur regnasse anno 5. Ioram regis Israeli 4. Reg. 8. & mortuus dicitur ibidem anno 22. eiufdem regis Israeli, & regnasse pro eo Ochozia eodem duodecimo anno regis Israeli. ergo totum regnum Ioram, patris Ochozia, vñque ad mortem, non fuit nisi octo annorum. Non mihi probatur hæc soluta proposita dubitationis: nam omnes codices hebraei, græci, & latini conueniunt, & continent. 2. Paralip. 22. Quadraginta duorum annorum erat Ochozia. Quidam Hebreorum, teste Genebrardo, sentiunt, annos 42. qui ponuntur 2. Paralip. 22. ab ortu Ochozia suppundatos non esse, sed à tempore quo viguit regnum Amri, & à tempore, quo est ab eo condita Samaria; quo tempore Ioram filius regis patris sui auctoritate duxit uxorem filiam regis Amri: nam ab eo tempore fluxerunt anni 42. ut paret ex 4. Reg. 16. quia post annum Ahas trigesimum quintum, regnauit Amri sex annis, & Achab, filius Amri viginti duobus annis, & erat annus duodecimus regni Ioram regis Israeli. Et proinde fluxerunt quadraginta duoi anni, ex quo regnum Israeli erat penes familiam Amri: sed hinc sententiae repu-

Hierony. in  
Quest. su-  
per li. Reg.

gnare videtur, quod dicitur 2. Paral. 22. *Quadrage-*  
*adiorum annorum erat Ochozias rex Iuda, cum regnare*  
*cepisset. Quare simplicior, & probabilior est eo-*  
*cum opinio, qui hanc litem, & controueriam*  
*conciliant in hunc modum; quod Ioram scilicet*  
*regnauerit octo annis solus, & hoc est, quod di-*  
*citur 4. Reg. 8. & 2. Paralip. 21. & tunc attigit an-*  
*nun vita sua quadragesimum, & assumpit, ut*  
*socium ad regnum gubernandum, filium suum*  
*Ochoziam, qui erat annorum vigintiduorum, &*  
*regnauit vñā cum suo filio Ochozias annos vigi-*  
*nti vnum, & ita mortuus est, anno vita sua sexa-*  
*gesimo primo, & Ochozias vñā cū patre Ioram*  
*regnauit annis viginti, & solus vnum annum.*  
*Vnde cum dicitur 4. Reg. 8. *vigintiduorum annorum*  
*erat Ochozias, cum regnare cepisset: intelligitur, cum*  
*regnare coepit vñā cū patre suo: & regnauit*  
*solū annū vnum, videlicet post obitum pa-*  
*tris. Et cum dicitur 2. Paral. 22. *Quadrage-*  
*adiorum annorum erat Ochozias, cum regnare cepisset: sensus est,*  
*cum solus post obitum patris coepit regnare, at-*  
*tinebat quadragesimum secundum annum, quia*  
*iam cum patre suo simul regnauerat viginti an-*  
*nis. Et secundum hanc sententiam necesse est in*  
*hac quinta Mundi aetate, ut annis regum Iuda ad-*  
*dantur viginti anni, ita ut tribuantur, vel regi Io-*  
*ram, & dicatur regnasse viginti octo annos, qui*  
*fertur regnasse octo annos: vel tribuantur O-*  
*chozias filio eius, & dicatur regnasse annis viginti*  
*vno, cum tamen perlibeat regnasse vnum an-*  
*num, solus nempe, mortuo iam patre, qui viginti*  
*annos cum patre adhuc viuente regnauerat. Vn-*  
*de fit, ut plures colligendi sint anni ab exordio*  
*redificationis Templi usque ad excidium eius,*  
*quam Hebrei opinentur, & quam subducant An-*  
*nnius, Lucius, Naucerus, Driedonius, Genebrar-*  
*dus: nam toti summa annorum quæ confitat an-*  
*nis 430. si addantur 20, efficiuntur anni 450.***

Quinto queritur de annis Iochachin, qui & Ie-  
 chonias: nam 2. Paral. 36. habetur, *octo annorum erat*  
*Iochachin, cum regnare cepisset: & 4. Reg. 24. *Decem, & o-*  
*cto annorum erat Iochachin, cum regnare cepisset.* Quidam  
 existimant, numerum 2. Paral. 36. citi corruptum  
 vitio scriptorum sive librariorum, & legendum:  
*Decem & octo annorum erat, &c. quia, sic habetur 4.*  
*Reg. 24. Et quia natus octo tantum annos, puer admodum*  
*erat, ut vñā cum patre regnare, nec in tam tenera æ-*  
*tate filii afflui solent ad regni gubernacionem,*  
*nisi cum ob parentum obitum, a populo, ut reges*  
*habentur. sic enim coepit regnare Iosias, cum ta-*  
*men octauum tantum annum attingeret. Præ-*  
*terea, quia dicitur fecisse malum coram domino,*  
*& plures vxores duxisse 4. Reg. 24. quod pue-*  
*ro octo tantum annorum conuenire minimè vi-*  
*detur. Sed nequaque probabile est, omnes co-*  
*dices hebraicos, graecos, & latinos viatiatos fu-*  
*isse 2. Paral. 36. vbi legimus: *octo annorum erat Iochachin,*  
*cum regnare cepisset. Genebrardus censet, decem &*  
*octo annos, qui ponuntur 4. Reg. 24. numerandos*  
*esse ab ortu eius: & octo illos, qui referuntur 2.*  
*Paral. 36. supputandos esse non ab ortu eius, sed*  
*ab imperio ipsius Nabuchodonosoris regis Chal-*  
*daeorum, cuius beneficio Iochachin regnum obti-*  
*nebat, & octo anni præteriorant, ex quo Nabu-*  
*chodonosor regnare coepit, ut colligitur ex 4.*  
*Reg. 24. Sed contra facere videtur id, quod legi-***

tur 2. Paral. 36. *Octo annorum erat Iochachin cum regnare*  
*cepisset. Simplicior, & probabilior, meo iudicio,*  
*est eorum sententia sic interpretantium: *ad annu-*  
*rum erat Iochachin, cum regnare cepisset, videlicet, vñā*  
*cum patre suo; cum quo, & decem annis regna-*  
*uit: atque ita erat de cetero, & octo annorum, cum*  
*regnare coepit solus, pater eius regnauit ita annis,*  
*& ipse filius cum patre, decem. Solus vero mor-*  
*tuo patre regnauit tribus mensibus, & decem die-*  
*bus: quare decem anni regni eius computandi*  
*sunt in v. annis quibus regnauit pater eius. Ne-*  
*que obstat, quod obiectebatur, in tam tenera æ-*  
*tate filios a parentibus non alscisti ad regni gu-*  
*bernationem: non enim intelligendum est, cum*  
*cum patre rempublicam administrasse, sed vol-*  
*lante, & nutu patris, regni proceres sacramen-*  
*to, & iurecurando eum, ut legitimum regni heredem*  
*agnouisse.**

Sexto queritur, Quia ratione anni Ioram regis  
 Iuda, colligendi sint, hoc idcirco dubitatur, quia  
 4. Reg. 1. dicitur: *Ioram frater Ochozia regis Israe-*  
*lit regnare cepit in Israele anno 2. Ioram regis Iuda: & tamen*  
*4. Reg. 3. legimus: *Ioram filius Achab regnare in Israele*  
*anno 18. Iosaphat regis Iuda patris Ioram: qui Iosaphat*  
*regnauit in Iuda annis 25. Hebrei hanc re-*  
*pugnantiam ita conciliant, 2. Paral. 21. Iosaphat*  
*vinces dedit regnum suum filio suo primogenito*  
*Ioram, fusceperat enim multos liberos, & or-*  
*ta fuerat inter eos contentio de eo, qui esset in re-*  
*gno successor: quare Iosaphat, ne post obitum*  
*suum, filij inter se de regno certarent, volvi-*  
*vens eam litem dirimere: ac proinde filium suum*  
*primogenitum Ioram in regem constituit, &*  
*hoc fecit anno 17. sui regni. Arque ita, cum dici-*  
*tur 4. Reg. 1. Anno 2. Ioram regis Iuda regnare cepit in Israele*  
*Ioram frater Ochozia, & filius Achab: verum est,*  
*quia cooperat iam regnare cum Patre suo Iosaphat*  
*anno 17. regni patris sui, & ita erat secundus*  
*annus Ioram regis Iuda, videlicet regnauit vñā*  
*cum patre suo Iosaphat. Et quod legitur 4. Reg. 3.*  
*Ioram filius Achab regnare cepit in Israele anno 18. Iosaphat:*  
*est similiter verum, quia Iosaphat regnabat,*  
*& regnauit 25 annis: sed anno 17. sui regni ibi ad-*  
*iunxit ad regni gubernacula filium suum primogenitum*  
*Ioram, propter contentione ortam inter filios suos. Et proinde regno 18. regni Iosaphat,*  
*qui erat secundus annus Ioram filii sui vñā*  
*cum ipso regnantis, ab anno sui regni 17. copit*  
*regnare in Israele Ioram filius Achab, & frater*  
*Ochozia fine liberis mortui.**

Septimò queritur, Quo modo summa anno-  
 rum, quibus Reges Israeles regnasse dicuntur in  
 libris Regum, contentas cum numero annorum  
 regum Iuda, qui eodem tempore regnauerunt.  
 Nam si numerantur anni regum Iuda a divisione  
 regni Salomonis, quæ facta est statim primo an-  
 no Roboam filij eius, vñque ad annuni sexum E-  
 zechiae regis, quo Samaria capta, euerum est re-  
 gnum Israeles, efficiunt annos 260. hoc pacto.

Roboam	an. 17.	Iosas	40
Abia	3	Amasis	19
Afa	4	Ozias	32
Iosaphat	25	Ioathan.	16
Ioram	68	Achaz	16
Ochozias	1	Ezechias	66
Athalia	07		

Anno

Anorum omnium summa 260. vel 261. sed anni Regum Israels si computentur, efficiunt summam annorum 241. ut colligatur ex libris Regum.

Ieroboam	an.	22
Nadab	02	
Baala	24	
Ela	02	
Zamri dieb.	07	
Amri	12	
Achab	22	
Ochozias	02	
Ioram	12	
Iehu	28	
loachaz	17	
Ioas	16	
Ieroboam	41	
Zacharias mensib.	06	
Sellum mense.	01	
Manahem	10	
Phaceias	02	
Phaceias	20	
Osee	09	

Omnis anni simul collecti, sunt 240. vel 241. cum mensibus septem, quorum annorum summa maior est viginti annis, quam summa annorum regum Iuda eodem tempore regnantium.

De hac concordia annorum Regum Israels, & Regum Iuda scriptus Richardus S. Victoris 2. pars. novum opus paulo post initium: scriptus erunt quoque Hugo S. Victoris, Lyranus, Abulensis: & multis modis conciliant. Hieronymus scriptus ad Vitem presbyterum his verbis: Relege omnes veteres testamenti libros, & tantam annorum reperies diffoniam, & numerum inter Iudam, & Israel, id est, inter Regum virumque confusum, ut huiuscmodi haere quæstionibus, non tam similius, quam ortio bonius esse videatur. Dicendum existimo, aliquot fuisse inter regna in Israele, quæ explicata non fuerunt. Nec mirum, inter regna fuisse in regno impio, & quod ob factio-nes, bella ciuilicia, & crebras familiarium vicissitudines, & mutationes alii dñe perturbabatur. Vel fortassis computatur solum anni, quibus aliquis Rex Israels bene vixit; nam fortassis Zacharias rex regnauit viginti annis, quia tamen sex mensibus bene vixit, dicitur in scriptura regnasse tantum sex mensibus.

### Caput LVI.

De Annis qui fluxerunt ab excidio Tempeli, usque ad Christi Domini aduentum.

Svpriam admonui, Temporum scriptores, sextam Mundi ætatem numerare ab eversione Templi, usque ad Christi Domini aduentum. Sed dubia quæstionis est, quot annos hæc ætas continet. Ego Euæbium, & veteres scriptores secuti, ei tribuo probabiliter annos 590. vel 589, vel certè 588. propter numeros integros, vel inceptos computare consueimus. Quorum summa annorum ita subducitur: Natus est Christus Dominus Olympiade 194. anno tertio eius. Porro Cyrus primus Persarum rex cœpit regnare Olympiade 55. anno primo. Ab Olympiade 55. ad O-

lympiadem 194. sunt Olympiades 140. & conseruant annos 560. Ab his deme unum, quia ortus est Dominus anno tertio Olympiades 195. Remenant igitur anni 559. His adiunge ex 70. annis, per quos Iudei fuerunt in exilio Babylonico, 31. quoniam Cyrus Babylonem expugnauit Olympiade 55. anno primo, quo anno liberati sunt ex captivitate Babylonica Iudei, ut secundus liber Paralipomenon, & primus Esdræ tradunt, quod necesse est accidisse anno primo regni Cyri. Similiter igitur collecti anni 559. & 31. conseruant summam annorum 560. vel 589.

Item, summa annorum huius ætatis subducitur potest ex annis, quibus Monarchia Chaldaeorum permanuit; & deinde Monarchia Persarum, postea Græcorum usque ad Romanorum Imperiorum.

#### Chaldaeorum Monarchia.

Nabuchodonosor regnauit annis 43. vel 45. Eulmerodac. an. 20. vel secundum alios 23. Niriglassar, qui alio nomine dictus est

Reglassar, an. 4. vel 3. Labofardae, qui alio nomine vocatus est ab alijs Nabonidus sive Nebrinus.

an. 7. vel 6.

Balthassar secundum Hebreos, Nabuchodonosoris nepos ex filio. an. 3. vel secundum alios 10.

Summa horum annorum secundum

Hebreos, continet annos 70.

De hac Chaldaeorum Monarchia, Primò queritur, quomodo intelligatur, quod prædictus Hieremias cap. 27. seruitur omnes gentes Nabuchodonosor, & filio eius, & filio filij eius: videtur enim ex his verbis colligi, duraturum Imperium Nabuchodonosor tantummodo usq; ad tertiam generationem eius, videlicet usq; ad nepotem ex ipius filio; cum tamen omnes Temporum scriptores constituant plures Reges quartas in Chaldaeorum Monarchia, quare merito queritur, quot Reges in hac Monarchia imperauerint. Est Iudeorum opinio, tres tantum in ea Reges imperasse, scilicet Nabuchodonosor, deinde Eulmerodac filium eius, & viximum Balthassar filium Eulmerodac. Hæc opinio retinet quidem Hieremias vaticinum; sed pugnat cum communī sententia Scriptorum, qui plures Reges Babyloniorum recensent.

Berolius, & Megasthenes apud Iosephum Reges Chaldaeorum numerat sic: primum quidem Nabuchodonosor; secundum, Eulmerodac; tertium, Niriglassar; quartum, Labofardae; quintum, Nabonidus. Eodem Reges commemorant Polistor, & Alpheus apud Euæbium, lib. 10. de Preparatione, Euang. ca. vlt.

Est tercia opinio aliorum, enumerantium Reges Chaldaeorum ad hunc modum: Primò Nabuchodonosor seniorem; Secundo, Nabuchodonosor iuniores Tertio, Eulmerodac; Quarto, Reglassar; Quinto, Labofardae; Sexto Balthassar, ita recentes eos Author Historiarum scholasticæ. Profectò quæcumque opinionem lequamus, prædictum Hieremias vaticinum tueri, & feruare debemus; quare si dixerimus fuisse plures reges, quam tres Chaldaeorum, fatendum erit, tres tantum fuisse veros, & legitimos reges, videlicet Na-

Iof. libr. 10.  
Antiq. ca.  
13. & li.  
con. Appie  
nem.